



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 63. Ejusdem Pontificis epistola ad Archiepiscopum Salisburgensem in
causa exemptionis Passaviensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

buta, quæ a Pontificiis Ministris, in scio Sæc. XVIII.
 Pontifice, ultra modum fuere imposita A. C. 1730.
 levavit, & per incognitos Viros a cun-
 ctis Pistoribus panem clam sibi afferri,
 illiusque pondus augeri, atque olei
 pretium imminui jussit, vetuit quoque,
 ne deinceps vectigal ex sappone exige-
 retur. Hac liberalitate populi amorem,
 & cæli Benedictionem sibi mirifice con-
 ciliabat, ab omnibus palam inter fau-
 stissima auguria nominatus: *Clemens*
Papa, providus Pater patricæ & pauperum.
 Plures etiam instituit Præsulum & Car-
 dinalium Congregationes, ut publico-
 rum vectigalium locationes, aliasque
 exactiones aut concessionem sub Præde-
 cessore suo, eoque in scio, & sine de-
 bitis solemnitatibus factas rigide expen-
 derent, easque quantum opus foret,
 irritas nullasque declararent. Tandem
 vero die decima nona Novembris pro-
 more Pontificatus sui possessionem adi-
 turus, e Vaticano ad Lateranense Pa-
 latium solemniter processit, ubi
 in pauperes turmatim confluentes in-
 gentem pecuniarum vim distribui jussit.

§. LXIII.

*Ejusdem Pontificis epistola ad Archi-
 episcopum Salisburgensem in causa
 exemptionis Passaviensis.*

Vix

Sæc. XVIII.
A C 1730.

Vix felicem faustumque Nuntium de
lectione Clementis XII. Leopoldi
de Firmian Princeps atque Archiep
scopus Salisburgensis perceperat, cum
illico de æquitate tanti Pontificis per
suasus, datis ad eum literis suam cau
sam impensius commendaret, vehe
menter questus, quod sub Benedicto
XIII. suæ Ecclesiæ decus ac hono
necnon Metropolitici juris prærogati
per Passaviensis Episcopatus exemptio
nem graviter fuisset læsa: Igitur Pon
tifex acceptis hisce literis denuo hanc
causam per Cardinales ac Theologos
rite examinari iussit, tandem vero per
cepta eorum sententia ad præfatum
Archiepiscopum die duodecima Augu
sti hoc dedit responsum.

*Venerabilis Frater, salutem
Apostolicam Benedictionem.*

„Tuæ in hanc sanctam Sedem
„verentia, atque in nos humanitati
„simul & observantia luculentum spe
„cimen exhibuerunt gratulationis offi
„cia, quibus Fraternalitas tua suscep
„tam ex Apostolatu nobis imposito læ
„tiam præclaris sensibus testata est
„Pietatem certe istam tuamque dig
„tate parem animi virtutem in sacer
„dotalis studij significationibus mira
„cum

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

„cum jucunditate complexi sumus,
 „futurum sperantes, ut in hac Aposto-
 „lici Ministerii procuracione Fraternitati
 „tuæ rebus ipsis declarare possemus,
 „quanto te in honore habeamus, &
 „quam præclaram geramus de tuis
 „meritis opinionem. „

„Ingratum vero & permolestum
 „nobis accidit, quod propensæ huic
 „studiosæque voluntati ea postulatio
 „per epistolam tuam oblata sit, in qua
 „benignitati nostræ ad explenda vota
 „Fraternitatis tuæ interclusus est aditus:
 „Cum enim obortam de Passaviensi Ec-
 „clesia a metropolitico Salisburgensis
 „jure subtracta controversiam Præde-
 „cessor noster felic. Recordat. Benedi-
 „ctus P. XIII. per Apostolicas literas
 „diremerit, finemque litibus imposue-
 „rit, nihil nobis reliquum est, quo
 „precibus Fraternitatis tuæ satisfacere
 „aut obsecundare possimus. „

„Magnum tamen desiderio nostro
 „solatium spes adspexit, fore, ut per
 „occasiones, quas cupide præstolamur,
 „uberius Fraternitati tuæ studii vicem,
 „ac testimonia charitatis exhibeamus.
 „Pignus interea obstrictæ voluntatis
 „Apostolicam benedictionem Fraterni-
 „tati tuæ peramanter impertimur. „
 Rumore autem sparso de innovanda
 hac lite Nuntius Viennensis datis literis
 Baad-

Sæc. XVIII. Banchierio Cardinali significabat,
 A. C. 1730. Imperatoris nomine a Comite Sinzen-
 dorffio inficuatam, Cæsari molestissimum fore, si finita jam causa, & in
 transactione decretum Pontificis revocaretur, præcipue cum hæc exemplum
 Salisburgensi Archiepiscopo eo minus esset præjudiciosa, quo certius
 jam longissimo abhinc tempore nullam in Passaviensi Ecclesia jurisdictionem
 exercuisset. Paulopost Carolus Imperator Roma certam habuit notitiam
 quod idem Archiepiscopus Sede vacante in Curia Romana petierit,
 contra Pontificis defuncti decretum suam causam agere, & contra
 sententiam reclamare posset: imo etiam in sui favorem obtinuisset,
 ut Passaviensis Episcopus hac in causa Romam venire juberetur: Eapropter
 Imperator mox per Franciscum Antonium Mayeri inferioris Anisi
 Directorem Comiti de Sinzenдорff supremo Cancellario
 junxit, ut Imperatorio nomine Cardinali Cienfuegos Cæsareo
 Oratori præciperet, quatenus hic in proximis committis,
 ne Salisburgensi Archiepiscopo petita hanc causam urgendi
 licentia daretur, obsisteret, & protestationem Sede
 vacante interpositam, necnon declarationis decretum
 tanquam nullum declarari, præfatumque Archiepiscopum

a limine cujuscunque judicii excludi postulare. Id quoque tam Romæ effectui datum est; die enim quinta Augusti præfatus Cardinalis perscripserat, Papam fuisse pollicitum, quod hac in re nihil immutari vellet, ipsum etiam Banchierium significasse, quod ei Pontifex injunxisset, Archiepiscopo Salisburgensi ita rescribendum esse, ut decisioni factæ acquiescendum, nec ultra hoc in negotio quicquam immutatum iri sciret.

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

§. LXIV.

Calvinistarum libri flammis traditi.

Sub idem tempus Occidaniæ Præfectus & Urbis Gubernator unacum aliquot centum militibus Nemausum ingressi, hujus Urbis compita, portas & plateas obsederunt, ac die sexta Junii Magistratum & Civium Primores ad Curiam convocarunt, ut Regis jussa perciperent. Præfata die Præfectus una congregatis denuntiabat, ad conservandam tranquillitatem publicam & præcavenda seditiosorum molimina Regem oppido necessarium duxisse, ut omnium incolarum ædes diligenter & attente perlustrarentur: Sancitum igitur esse, ut Urbis portas clauderent, cunctosque monerent, ne dato